

LXXXV (1). *Quod iudices possint penam et penas inponere et auffere* (2) *patronis si non discaricaue- rint* (3) *ad terminum eis impositum.*

Uolumus quod si patroni nauium ad terminum eis inpositum (4) naues non discaricarent, tunc nostri iudices possint eis penam et penas inponere et auferre, que pena (5) in nostrum comune eueniat (6); et si eam uel eas auferre non possent, nos cum nostro consilio, infra quindecim (7) dies postquam noticiam habuerimus, eam uel eas (8) auferre uel (9) auferri facere teneamur. Hoc intelligimus in naue (*ecc. come sopra*) ||.

A.228*

St. Tarr. 48

Var. in Q: (1) XCVII. — (2) *auferre* — (3) *discarigauerint* — (4) *eis in portum* — (5) *pene* — (6) *deueniant*. — (7) XV — (8) *eas uel eam* — (9) *et*

LXXXVI (1). *Quod iudices eligantur in Ueneciis pro istis statutis seruandis.*

Asserimus ut pro nostris statutis seruandis in Ueneciis tres ydonei homines *pro iudicibus* (a) eligantur ad diffiniendum (2) omnes diferencias (3) et discordias que inter euntes in nauibus orientur (4), saluis questionibus quas nos dux et nostri consules debeamus diffinire (5); et eciam in quocumque loco in quo potestas uel duca uel baiulus per nos et comune Ueneciarum extiterit, dicte difference (6) atque discordie coram (7) hiis quibus commiserint terminari debeant et diffiniri (8) secundum tenorem nostri statuti; statuentes ut uocatus ad primum terminum super hiis differentiis atque discordiis uocanti (9) responsurus accedat. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto.

St. Tiep. A, 45.

Var. in Q: (1) XCVIII — (2) *ellegantur ad difiniendum* — (3) *diferencias* — (4) *oriuntur* — (5) *debent difinire* — (6) *diferencie* — (7) *eis, aut coram aggiunto.* — (8) *difiniri* — (9) *uocati.*